



## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Tertia Conclusio. Huiusmodi illusiones & nocturni tumultus quandoque possunt fieri magorum, aut Maleficorum opera.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

mentis dubitare potest, nisi velit sensus & Do-  
ctissimorum virorum auctoritatem contem-  
nere, vt ex sequentibus clarum euadet.

Prima Conclusio. Certissimum est,  
huiusmodi illusiones, & nocturnas in domi-  
bus vexationes non fieri à bonis spiritibus,  
quos nos angelos vocamus.

**Q**UONIAM hi sunt deputati in hominum  
salutem & custodiam, & non ad illusio-  
nem & deceptionem: & indignum est beatis  
spiritibus, tam vilibus & nugatorijs operibus  
vacare.

Secunda Conclusio. Ab anima-  
bus purgatorij & damnatis non sunt huius-  
modi delusiones & vexationes.

**Q**VIA, vt ex dictis manifestum est, non  
possunt exire, nisi ex speciali DEI per-  
missione, & ad aliquem finem bonum.

Tertia Conclusio. Huiusmodi illu-  
siones & nocturni tumultus quandoque pos-  
sunt fieri magorum, aut Maleficorum o-  
pera.

**P**ROBATVR ex illa regula Theologorum.  
Quæcunq; possunt Dæmones, possunt et  
iam magi & malefici eorum opera. At Dæmo-  
nes posse huiusmodi tumultus excitare, nemo  
dubitat, & infra latius patebit. Ad idem faci-  
quod

quod refertur in collationibus Patrum, collat. 8. cap. 18. ex menteduorum Philosophorum, qui magicis artibus inertiam, fortitudinem & sœuā nequitiam Dæmonum frequenter experti erant. Hi despicientes B. Anthoniū velut Christianum hominem, & imperitum sine literis, volētes eum de cella, cùm amplius non possent, magicis artibus, & circumuentione Dæmonum perturbare, spiritusei nequisimis immiserunt ad impugnationem. Cumque illo nunc quidem imprimente pectori suo, frontiq; signaculum crucis: nunc verò ad orationem simpliciter incubante, ne approximare quidem dirissimi Dæmones eidē prorsus auderent: atq; ad illos, qui eos direxerant, absq; vlo reuerterentur effectu: & alios in nequitia vehementiores, rursus immitterent: itidemq; ipsis incassum suas expendentibus vires, atq; inaniter redeuntibus: potentiores nihilominus aduersus militem Christi victorem iterum destinati, nihil penitus præualecent: eò profecerunt tales tantæq; eorum insidiæ tota arte magica quæsitæ, ut per hæc euidentissimè comprobarent, magnam professiōni Christianorum inesse virtutem. Undenon est dubitandum, quandoque ope magorum posse fieri perturbationes & tumultus nocturnos, quando Deo disponente non amplius possunt hominibus nocere.

G 4

Quar-